



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 26. Rossanensis Archiepiscopus Calicis concessioni obluctatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.** „super si hæc concessio est utilis ad  
**A.C. 1562.** „hæreticos Ecclesiæ reconciliandos, o-  
„mnino deneganda non est; cum muta-  
„tionem afferret non nisi simplicis cuius-  
„dam ritus, qui ad fidelium utilita-  
„tem potest cogente necessitate pro-  
„denter variari: interim valde timent,  
„ne hæretici post factam hujusmodi  
„concessionem in insolentiora alia postu-  
„lata prorumpant: opto tamen, ut clae-  
„rius innotescat, an hæc indulgentia  
„opportune succederet: ne vero hac in  
„re spes suo successu destituatur, Deus  
„per preces, jejunia, atque eleemosinas  
„exorandus est: postea vero perci-  
„bendum censeo ad Germaniæ Præfules  
„qui, si Tridentum venire non poterunt,  
„Metropolitanos adeant, habitoque ea  
„de re consilio, ad Synodum pro ipsorum  
„conscientia ab ipsis decreta referant.

## §. XXVI.

*Roffanensis Archiepiscopus Calicis  
concessioni obiunctatus.*

*Pallav. c. 7.  
n. 4.*

Joannes Baptista Castanea Roffanensis  
Archiepiscopus ad refellendam Gra-  
natensis opinionem plura proferebat ar-  
gumenta, ac præprimis ita perorabat:  
„Si mutatio in cunctis legibus utpote  
„populo noxia omnino vitanda est; mul-  
„to magis omnis umbra a ritibus Ev-  
„charistiae procul arceri debet ea tem-  
„„pesta.



Sæcul. XVI.A.C. 1562.

„pestate, qua tot recentes hæreses pul-  
 „lularunt de eo Sacramento, nam jam  
 „dudum negaverat Nestorius, conti-  
 „neri totum Christum sub qualibet spe-  
 „cie: affirmabat enim solum Corpus  
 „sanguine vacuum sub specie panis, &  
 „sanguinem sejunctum a corpore sub  
 „specie vini adesse, hinc ortum habuit  
 „ritus sumendi unicam speciem: hæc  
 „vero pertinacissima petitio utriusque  
 „speciei tendit ad denuo excitandam  
 „hanc hæresim, jam diu sepultam: Por-  
 „ro ad denegandum calicis usum ab-  
 „sterrebatur ecclesia a maximo, ne vi-  
 „num consecratum effunderetur, aut a-  
 „cesceret, periculo, atque ab aliis in-  
 „commodis, quæ tam Venerabilis Sa-  
 „cramenti dignitati detrahunt: enim  
 „vero qua ratione posset id in præ-  
 „sentia vitari, dum fidelium numerus  
 „uni tantum Parocho subiectus haud  
 „exiguus est, & uni, eidemque Parocho  
 „centum animarum millia committun-  
 „tur, quemadmodum evenit in Dioecesi  
 „Parisiensi, quænam amphoræ, imo  
 „quænam dolia, tam frequenti catervæ  
 „suffectura essent? „

Postea quasdam rationes, ob quas  
 olim Ecclesia communionem sub utra-  
 que specie concesserat, recolebat, simul-  
 que enarrabat Petri Dresdensis, & Ja-  
 cobelli errores, unde illos, qui Calicis

*Hist. Eccles. Tom. XLV.*      **S** usum

**Secul. XVI.** usum peterent, in vera fide vacillare  
A.C. 1562. redarguebat, eoquod eorum petitio ad  
 invehendam hæresin tenderet: Denique concludebat, quod satius esset, non  
 summi Pontificis judicio relinquere, quam  
 per suos Nuntios certior reddere  
 de statu hujus, illiusve regionis, ac  
 iis, quibus singulæ nationes indigerent  
 & pro temporum, rerumque opportu-  
 nitate Calicem aut concedere, aut re-  
 vocare posset peculiaria privilegia cui-  
 ca illius usum antehac data, prout Ecclesiæ bono melius conducere judice-  
 verit.

### §. XXVII.

*Pragensis Archiepiscopi sententia con-  
 tra usum Calicis.*

**Pallav. c.4.** Præterea Pragensis Archiepiscopus  
**n. 8.** quatuor hominum genera distingue-  
 bat, & quidem primo inquietabat, dari  
 veros Catholicos II. Denuntiatos, ac  
 manifestos hæreticos, quorum tamen  
 nullos calicem postulare dicebat: III.  
 ajebat, reperiri Catholicos simulatos,  
 & fictos, qui per eam simulationem  
 sibi gratiam Cæsaris, aliorumque Prin-  
 cipum acquirere arbitrantur: quarto  
 loco ponebat Catholicos imbecilles,  
 atque in fide parum firmos: porro ho-  
 rum primos ajebat Calicem non posse  
 re, imo reluctari ejus concessioni: de  
 mani-

